

Alte Drucke

De RATIO=||NE CONCIO-||NANDI.|| LVCAS OSIA-||DER. D.||

Osiander, Lucas

Wittenberg, 1597

VD16 ZV 27223

LVCAS OSIANDER D. FILIIS SVIS CHARISSIMIS. M. ANDREAE, IOANNI &
LUCAE. Theologiae & bonis literis incumbentibus, S. D. P.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148504

LVCAS OSIANDER D.
FILIIS SVIS CHARISSIMIS,

M. ANDREÆ, IOANNI & LVCÆ

Theologiæ & bonis literis incumben-
tibus, S. D. P.

Non ignoro, Charissimi filij, multa
extare erudita scripta, quæ de ra-
tione Concionandi iam olim eri-
am sunt in lucem edita, Et grata
mente felicitatem huius doctissimi seculi a-
gnosco, in quo non modo Theologia syn-
cera in Ecclesiis & scholis rectè constituta
floret, verum etiam liberaliũ artium stu-
dia vigent: quæ sanè ad res Theologicas
dextrè tractandas, haud condénenda sunt
adminicula: si modò piè & prudèter appli-
cètur. Scio etiam, singulari beneficio Dei
multa hodiè viuere præclara ingenia, quæ
mita industria artium præcepta ita ad vltimũ
transfere possint, vt hac mea iustrucone
haud quaquã opus habeant, sed magna cũ
admiratione & fructu minimè pœnitendo
doceant. Et habet Ecclesia Dei viros elo-
quentes & doctissimos, quorum exempla
in docendo, illi qui artium cognitionem &
vsum habent, feliciter imitari possint.
Interim tamẽ (vt magna est Ingeniorũ di-
uersitas) animaduerto, quosdã magna cum
difficultate Cõtiones suas cõponere, tamen
si cognitione rerum Theologicarũ medio-

*non Theo-
retici
sed pœ-
practici*

eriter sint instructi: Vel quia artium adminiculo destituuntur: Vel quia non vident, quomodo praeceptiones ad vsum sint accommodandae: praesertim cum Rhetorum libri non per omnia ad causas & materias Theologicas (coram rudi plebecula) tractandas quadrēt. Et cum hi viros doctos & eloquentes concionari audiunt, valde quidem eos admirantur, sed eorum Methodum & rationem atque ordinem docendi deprehendere nequeunt. Vnde fieri solet, vt non modo magno cum labore doceant, verum etiam ab auditoribus cum fastidio audiantur: & ipsi quidem difficulter ea, quae consignarunt, in memoria retineant, donec ea ad plebem pronunciata fuerint: plebs vero multo difficilius eorum, quae audiuit, meminisse possit: propterea quod non satis conueniente ordine dicatur. Quare his, qui cum eiusmodi difficultatibus conflictantur, hac mea simplici & candida institutione inservire volui: vt habeant perspicuam rationem docendi, quae & ipsis multas demat molestias, & auditorum animis grator, atque ad itinuandam eorum memoriam sit utilior: ideoque etiam ad aedificationem Ecclesiae accommodator.

Non autem animus est de nouo hic tradere praecepta Dialecticae aut Rhetoricae: quippe quae in alijs libellis copiose & eruditè à multis sunt descripta. Sed ostendā simplicissimū

P R E F A T I O.

& minimè superstitiosum præceptionem illarū præcipuarum vsum: qua ratione illæ ad sacras Conciones rectè accommodari queant, Simul autem operā dabo, vt illis etiā hac qualicunq; mea institutione confortetur, qui ad præcepta illa, vel nō fuere à teneris assuefacti, & infecili quodā fato ea non didicerunt, vel ea rursus per obliuionē magna ex patre amiserunt. Præterea de quibusdā rebus sparsim monebo, quæ plurimū habent momenti in Concionibus rectè vel formandis vel recitandis. Opto autē vt Clarissimus Vir P. D. IACOBVS ANDREAS Ecclesiæ & scholæ Tubingensis præpositus & Cancellarius editione absolutioris Methodi (in qua singula exactius tractentur) quam primum illorū desiderio satisfaciatur, qui exquisitum aliquid in hoc genere ab ipso diu iam expectant: id quod singulari ille dexterritate præstare potest. Libenter enim, & grata mente, fateor: me hæc, quæ iam alijs crassa Minerva trado, ab ipso ante multos annos, sed exquisitiora, accepisse. Hortor autem et vos et omnes alios Theologiæ studiosos, ne quisq; in hoc negotio suo ingenio aut eruditioni atq; industriæ suæ fidat: sed vt potius Dominū Deum ardentè inuocetis, vt ille spiritu suo factō studia, et conatū vestros ad nominis sui gloriam & Ecclesiæ salutem dirigat, & mentem, linguamq; vestram gubernet.

D. Jacobus
Andreas

bernet, vt salutaria pro Concione dicatis,
 & magno cum fructu doceatis. Neq; enim
 qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat: sed
 qui incrementū dat, Deus: vt Paulus (1. Cor.
 3.) testatur. Sed & Methodum ac rationem
dicendi tenere nihil iuuat, nisi quis in sa-
crarū literarum lectione saltem mediociter
sit versatus, & locos Theologicos intelli-
gat. Qui enim rerū sacrarū cognitionē de-
 stituitur, & ex artib9 dicendi Cōciones for-
 mare praesumit, nō dissimilis mihi videtur
 Aurifabro, qui artem quidē scitē fabrican-
 di probe teneat, & omnibus necessariis in-
 strumētis sit instructus, sed interim neq; au-
 rum habeat neq; argentū. Vobis vero, Cha-
riissimi filii, hoc meum opusculum inscri-
bere volui, vt currentibus calcar adderē, &
pios vestros conatus pro virili iuuarē. Vos
 enim Sacrae Theologiae dicaui, vt aliquan-
 do in Ecclesia Christi doceatis: quod vt ma-
 iore quadā felicitate & dexterritate fiat, spe-
 ro hunc qualē cunq; meū laborē non nihil
 adiumenti ad eā rem allaturum Iesus Chris-
 tus sedens ad dexterā Dei Patris dans dona
 hominib9, Spiritu suo Sancto vos gubernet;
 vt fiat salutaria Organa, per quā Filio Dei
 Ecclesia colligatur, quā ipsum (cū Patre &
 Spiritu Sācto) in omnem aeternitatem cele-
 bret, Amen Bene valete Scriptum Stutgar-
 diae Calendis Ianuarij, Anno 1582.